



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 69. Guilielmi de Croy Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1521.

§. LXIX.

*Guilielmi de Croy Cardinalis  
obitus.*

*Ciacon. in  
Leon. X.  
And. Sando-  
val in elog.  
Card.  
Gazet Hist.  
Eccl. des  
Pays-bas.  
Aubery hist.  
Cardin.*

Hoc item anno sacrum Purpuratorum Collegium quatuor Cardinalium jacturam planxit; hos inter primus erat Guilielmus de Croy (Jacobum alii nominant) Henrici de Croy Portiani Comititis, & Carolinæ Castrobriancisæ Filius, necnon Philippi Arschoti Ducis Frater. Educabatur is Lovanii, ibique celebris Joannis Ludovici Vives natione Hispani magisterio utebatur, ac mortuo Jacobo de Croy Patruo suo, Anno supra millesimum quingentesimo decimo sexto nonnisi duodeviginti annos natus ad Cameracensem Episcopatum nominabatur, anno autem sequenti ad preces Caroli V. Hispaniarum Regis, ac demum Cæsaris, a Leone X. summo Pontifice non modo purpura decoratus, sed etiam ad Toletanum Archiepiscopatum, & annexam Hispani Primatus dignitatem, necnon ad Cancellarii Castellani munus evectus est. Cunctis tamen hisce honoribus juvenis iste Cardinalis exiguo admodum tempore potiebatur; cum enim Wormatiæ Comitia agerentur, die sexta Januarii venatum profectus, ac equo delapsus venam dirupit,

rupit, & paulopost vigesimo tertio æta- Sæcul. XVI.  
 tis suæ anno vita decessit, nec visa Hi- A.C. 1521.  
 spania, nec lustrato Archiepiscopatu  
 Toletano. Conditus est post obitum in  
 Cænobio Cœlestinorum Heverle dicto  
 prope Lovanium ex Patris sui sumpti-  
 bus ædificato, ubi hodie ejus inscriptio  
 sepulchralis legitur.

§. LXX.

*Francisci de Comitibus Cardina-  
 lis mors.*

**A**lter ex Cardinalibus, qui hoc anno Ciacon. l. cit.  
 obiit, erat Franciscus Conti, ex Aubery hist.  
 vetustissima Principum de Comitibus fa- Card.  
 milia ortus, quam duo Pontifices, In- Panvin. de  
 nocentius III. & Gregorius IX. plures Rom Pontif.  
 que Cardinales illustrarunt. Parentes Vittorel in  
 habuit Jacobum de Comitibus, & Eli- addit. Ciac.  
 sabetham Carafam. Is fuit (ut testatur  
 Ciaconius) *egregia indole, industria ac*  
*pietate necnon civilium rerum peritia lauda-*  
*bilis.* Hinc Campsanum Archiepiscopa-  
 tum in Neapolis Regno adeptus est, die  
 vero prima Julii anno Domini millesimo  
 quingentesimo decimo septimo a Leone  
 X. Presbyter Cardinalis titulo S. Vita-  
 lis renunciabatur, cui idem quoque  
 Pontifex sigillum Collegii Cardinalitii  
 custodiendum commisit. E vita migra-  
 vit in Veliterna Diæcesi feria secunda  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. I die*